

Johann Christian Burgmann

Triste Fvnvs Viri Svmme Venerabilis, Domini Georgii Friderici Stieberi, S. S. Theologiae Doctoris ... D. VI. April. A. C. MDCCLV. Placide Denati, Qvod Fratri, Patrvo Et Avvncvlo Carissimo Parant, D. XXI. April. Dedvcendvm, Necessarii Relicti Et Moestissimi, Ab His Rogatvs Pvblice Indicit, Et Memoriam Simvl Senis De Ecclesia Evangelica ... Stvdiose Commendat

Rostochii: Typis Ioannis Iacobi Adleri, [1755]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1798454939>

Druck Freier  Zugang





Circa 80 Protokolle Privatrecht-Programme,
meist Fideikommiss in dortigen bürgerl. Familien betr.

(Zinsverträge in nobilitierten Familien:


Nettelbladt, Preen, Quistorp, Schoepffer, Schuckmann
i. d. R.)

82 Stücke

Mk1b Gen - 40
2/3 II

9/1
Hain.
1833.





1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30


Leichenprogramme, alphabetisch geordnet
nach d. Namen d. gefeierten Person, nebst Sterbejahr.

L - Z

1. Quistorp, Anna Christina, geb. Lenthe. 1753
- 2/3. Luger, Johann Georg. 1748.
4. — — — (Vater). 1751.
5. Mantzel, Kaspar. 1735.
6. — , Maria Justine Margarete. 1742.
7. Schweder, Margarethe, geb. Meyer. 1728.
8. Neusling, Catharina Margareta verh. Pries. 1733.
9. Michelsen, Andreas. 1730.
10. Becker, Catharina Elisabeth, geb. Michelsen. 1744.
11. Michelsen, Christoph Andreas. 1746.
- 12/13. Jaddel, Elsabe Dorothea, geb. Michelsen. 1745.
14. Müller, Karl Ludwig. 1761.
15. Nettelblatt, Heinrich [Vater] 1735.
- 16/17. — — — [Sohn] 1761.
18. Neucranz, Anna Margareta. 1726
19. Niehenck, Joh. Balthasar. 1738.
20. Niemann, Johann. 1746.
21. — , Michael. 1729.
22. Oerthling, Joachim Felix. 1745
23. Meyer, Anna Maria, geb. Pauli. 1738.
- 24/25. Engelsen, Maria, geb. Pansen. 1738.
26. Petersen, Johann Christian. 1766.
27. Pohn, Wilhelm. 1751.
- 28/29. Pries, Joachim Heinrich. 1763.
30. Quistorp, Hugo Theodor. 1732.
- 31/32. — , Johann Jakob. 1767.
33. — , Lorenz Gottfried. 1743.
34. — , Johannes Christian. 1722.

35. Ressor, Julius Friedrich. 1740
36. Redeker, Heinrich Rudolf. 1716.
37. Richter, David. 1753.
38. Danckwarth, Catharina Emerentia geb. Schaeffer. 1737.
- 39/40. Schaper, Johann Ernst. 1721
41. Scheffel, Heinrich Gustav. 1738.
- 42/43. Schmidt, Jonas. 1745.
- 44/45. Schoepffer, Johann Joachim. 1719.
46. Schuckmann, Heinrich. 1706.
47. Dörcks, Margaretha, geb. Schuckmann. 1731.
48. Schmidt, Isabe Margaretha, geb. Schwabe. 1743.
49. Zeidler, Anna Emerentia, geb. Schwartz. 1729.
50. Senst, Agneta Sophie, 1729.
51. — Hermann Peter. 1728.
- 52/53. Sibeth, Karl. 1734.
54. Sivers, Jakob. 1729.
55. Luger, Christine Elisabeth, geb. Spalding. 1746.
56. Spalding, Johann David. 1757.
57. — Thomas. 1743.
58. Burgmann, Anna Christina, geb. Stein. 1773.
59. Stein, Walthier. 1739.
60. Stever, Johann Kaspar. 1729.
61. — , Johann Valentin. 1755.
62. — , Theodor Mattheus. 1735.
63. Stieber, Georg Friedrich. 1755.
64. Wetken, Catharina Margareta, geb. Stindt. 1743.
65. Stolte, Christian Rudolf. 1680-1731.
66. — — — 1711-1736.
Heinrich Christian. 1715-1736.
67. — , Peter. 1733.
68. Jöppel Margareta Catharina; verh. Oldenburg. 1774.

69. Verpoorten, Theodor. 1728.
70. Weiß, Margaretha Agnes, geb. von Heidenkopf. 1726.
71. Weidner, Johann Joachim. 1732.
72. Weiß, Gottfried. 1697.
73. Wetken, Johann Georg. 1716.
74. Wilde, Joachim. 1737.
75. Weidner, Johann Joachim. 1732.
76. Barnstorff, Anna Margaretha, geb. Willebrand. 1724.
77. Willebrand, Martin Albert. 1746.
78. Stein, Anna Dorothea, geb. Wolff. 1744.
79. Wolfraath, Dietrich Samuel. 1753.
80. Wulf, Catharina Margareta, verh. Stein. 1734.
81. Zaidler, Johannes. 1727.
82. Zinck, Johannes. 1732.



63.

TRISTE FUNVS
VIRI SUMME VENERABILIS,
DOMINI
GEORGII FRIDERICI
STIEBERI,

S. S. THEOLOGIAE DOCTORIS FAMIGERATISSIMI,
SERENISSIMI DVCIS REGNANTIS MECKLENBURGICI
CONSILIARII CONSISTORII ILLUSTRIS,
THEOLOGI DOCTRINA ET AETATE GRAVISSIMI,

D. VI. APRIL. A. C. MDCCCLV. PLACIDE DENATI,

QVOD

FRATRI, PATRVO ET AVVNCVLO
CARISSIMO PARANT,

D. XXI. APRIL. DEDVCENDVM,

NECESSARII RELICTI ET MOESTISSIMI,
AB HIS ROGATVS PVBLICE INDICIT,

ET MEMORIAM SIMVL SENIS
DE ECCLESIA EVANGELICA,

SVpra QVADRAGINTA ANNOS OPTIME PROMERITI
STVDIOSE COMMENDAT

IOANN. CHRISTIAN. BVrgMANN,

S. S. THEOL. D. ET PROFESS. P. O.



FACVLT. THEOL. ET MINIST. ECCLES. ROST. SENIOR.

AD AED. SP. S. PASTOR,

H. ACADEMIAE PRO-RECTOR.

ROSTOCHII,

TYPIS IOANNIS IACOBI ADLERI, SERENISS. DVC. AVL.
ET ACADEMIAE TYPOGRAPHI.



In mentem reuocat annus, quem auspiciis diuinis ingressi sumus, agimusque, pacem religiosam, Augustae Vindelicorum bis centum retro annis conciliatam. Quantum ecclesiae D. LV-THERI ministerio repurgatae quae durum exegerat lustrum, illa profuerit, gratissimo in DEVM pectore numquam non repetere fas est. Maxime in saecularem tanti beneficii memoriam redire nos decet, postquam Augustana pax, Westphalica communita, per ducentos annos perstitit, et etiam nunc perstat inconcussa, atque intemerata. Consecrabit, quod et ominor et confido, vniuersus caetus euangelicus almo pacis religiosae vindici pietatis monumentum, publice indictis feriis statuiis. Has autem antevortit senex septuagenarius, D. GEORG. FRIDERICVS STIEBERVS, Theologus insignis, qui cum vegeto esse corpore, nec incommoda uti videretur valetudine, intra dies aliquot praeter expectationem decessit, ecclesiae militantis iubilaeum velut occupaturus. Mihi vero integrum non est, quae ad festiuitatem istam exornandam augendamque faciunt, praecipere, mensi Septembri, adnuente Altissimo, seruanda. Ingressum tamen meditati, quem biographiae του μακαριστου ex more praemittam, pax Augustana cogitationes suggestit irenicas, easdemque fortius intendit ac incendit pax optatissima, quam SERENISSIMVS HERVS noster, salutis sibi subiectorum, si quis Imperans, percupidissimus, DOMINVS CHRISTIANVS LVDOVICVS, Dux Regnans Mecklenburgicus, Dominus noster clementissimus, intestinis diffidiis diu-
turnis

turnis compositis . his diebus terris suis , Numinis supremi beneficio, auspiciato reddidit. Retribuat PATRI Patriae Jehouah tam praeclarum bonum , sit Jlli clypeus et merces amplissima, et, vt paucis multa complectar, ipse Dominus Pacis DVCI REGNANTI, eiusque Genti integrae Ducali , det pacem *per omnia, omni modo, 2 Thessal. III. 16.* Vtraque pax augustissima me inuitauit, vt de notione pacis generali differere, et quadruplicem pacem, quam S. codex laudat : ciuilem, ecclesiasticam, spiritualem, atque aeternam, succincte declarare instituerem. Incipio a pace *ciuili*, quae primo et proprie ita dicitur, et generales pacis characteres aperit. Est ea nomen relatiuum, et ad alios extra nos respicit, seu status respectum erga alios homines expresse connotans. 1) Immunitas a casibus ferilibus, quos inanimata vel irrationales bestiae minari poterant, non nisi catachrestice pacis veniunt nomine. 2) Pax ciuilis ex vsu loquendi est bonum societatis ciuilis, atque extra eam in solitudine deferta quaeri nequit 3). Vniuersim pax in communem et peculiarem dispesci potest. *Communis* legibus vniuersalibus, iuris naturae, iuris gentium, et Scripturae Sacrae definitur, cunctisque hominibus citra nouam conuentionem debetur. *Si possibile, quantum ex vobis, cum omnibus hominibus pacem colentes, Rom. XII. 18.* Huc reuocatur pax inter Iabinum, Regem Chazoris, et inter domum Cheberi Kenitae, *Iudic. IV. 17.* 4) *Peculiaris* foedere nritur peculiari, nec latius se profert, quam partes, inter quas conuentum est. Eiusmodi fuit pax, quam cum Gibeonitis fecit Josua *C. IX. 15.* Omnis autem pax ciuilis opponitur apertis contentionibus et iniuriis, 5) siue publicis, et bellis, siue priuatis et discordiis, malisque, quae has et illas comitantur; indeque in publicam et priuatam diuiditur. *Publica* excludit bellum tam hostile, seu externum, quam ciuile, qua voce Romani internum designant. Pacem publicam externam offerre Israelitas iubent leges bellicae, priusquam obsidione hostili urbem claudant, *Deut. XX. 10.* Eam autem frustra iactant mendaces prophetae, populo adclamantes: *pax, pax, cum non sic pax, Ier. VIII. 11.* De pace *interna* publica percontatur Joramus, Rex Israelitarum *2 Reg. IX. 17. sqq.* eique opponit fraudem seu insidias *v. 22. 23.* hanc precatur Dauid Hierosolymae *Pf. CXXII. 6. 7.*, et Iudaeis Babylonem abductis inculcat Propheta *Ier. XXIX. 7.* *Priuata* pax ad societates priuatas spectat, et pro earum varietate nullo negotio subdividitur. Commendat eam Dauid tam conceptis verbis: *quaere*

A 2

pacem

- 1) PVFENDORFIVS *de Jure Natur. et Gent. L. I. C. I. §. 8. p. 7. edit. Franc. 1706.*
- 2) Eliphatus inquit: *a fera terrae non timebis. Nam cum lapidibus agri foedus tuum, et fera agri pacifica erit tibi. Et cognosces, quod pax sit tabernaculum tuum. Hiob V. 22-24.*
- 3) GROTIUS *de Jure B. et P. Lib. III. C. XX. §. 32. p. 524. ed. Amst. 1631.*
- 4) GVSSETIVS *Comment. L. Ebr. v. שלום p. 1647. ed. 1743.*
- 5) CHRIST. WOLFIVS *von der Menschen Thun und Lassen §. 880.: der Zustand des Menschen, da keiner den andern offenbahr beleidiget, wird Friede genennet.*

pacem et persequere eam Ps. XXXIV. 15., quam exemplo suo Ps. CXX. 7. Praeter ea, quae recitavi, pacis nomen, si consulas S. litteras, connotat *securitatem* tam externam, quae adfectio pacis est firmæ, atque absentia periculi continetur, quam internam, quae consequens est prioris, et absentiam metus significat. Iſtam Hiſkias a Deo ſibi promiſſam adpetit et complectitur: *ſit pax et veritas* (pax vera, firmâ, ſolida) *in diebus meis*, Ieſ. XXXIX. 8. *pax veritatis* Ier. XIV. 13. Pax et ſecuritas coniunguntur I Theſſ. V. 3.: pax, nec quidquam rei (periculi) I Sam. X. 21.: pax Salomonis et ſecuritas Judæe atque Iſraëlis, I Reg. V. 5. 6. (IV. 24. 25.) Opponuntur ſibi pax et timor. Pax vobis, nec timeatis Gen. XLIII. 23. pax a timore, Hiob XXI. 9. vox trepidationis, timor, non pax Ier. XXX. 5. Siue autem pax ſcorſim, ſiue vna cum ſecuritate conſideretur, non tam poſituum, quam priuatiuum eſt bonum, cum absentia belli et diſcordiarum, malorum, periculi, et metus, quæ hinc naſcuntur, vnice abſoluatur. Quo ipſo vero dignitas illius nil imminuitur, quandoquidem pax innumera et nocentiſſima repellit mala, bona, quæ adſunt, relinquit et velut cuſtodit, et locum amplioribus facit, quæ, non niſi bello ſublato, ſequi poſſunt: *ut habitet gloria in terra, miſericordia et veritas obuiet, iuſtitia et pax oſculentur ſe*, Ps. XXCV. 10. 11. Quo reſpectu pax ciuilis non immerito commendatur, tamquam felicitatis externæ fons et origo, imo integritas et complementum 6) ſecundura. Hebræos, apud quos ab integritate, perfectione, complemento denominationem inuenit. Ex quo fit, vt ſacrificia euchariftica, quæ pro diuinis beneficiis offerebantur, pacifica ſalutentur Leuit. III. 1., et pax generatim pro incolumitate et proſperitate dicatur Gen. XLIII. 27.: *num pax patri veſtro ſeni? num viuunt?* Synecdochica hæc locutio præſertim in ſalutationibus Iud. XIX. 20. et benedictionibus Num. VI. 26. uſurpatur, vt obſeruat GLASSIVS 7), et pacis arguit præſtantiam. Equidem pax ciuilis, ſiue publica, ſiue priuata non eſt præcipuum hominum in mundo degentium bonum, ſed pax ſpiritualis. Neque reuelatio ſupernaturalis ad pacem ciuilem, ſed animæ ſalutem in hac alteraque vita conſequendam directe et immediate comparata eſt. Attamen cum vtraque pax ciuilis in ſe quam optime non modo conſiſtit, ſed et non aliunde potius, quam a reuelatione celeſti deriuari poteſt. Ea namque pacem a Deo iubet exſpectare ciuilem, qui illam promiſit I Chron. XXIII. 9., largitur Ps. CXLVII. 14. et conſeruat Ieſ. XXVI. 3., eandemque precibus adſiduis a ſummo Numine expetere I Tim. II. 1. 2. Nemini Deus inuidet pacem ciuilem, tamquam Deus pacis, non turbulentiae I Cor. XIV. 33, nec aufert pacem de terra, niſi in peccatorum vindicationem Apoc. VI. 4.; ſed quantum in ſe eſt, et homines non repugnant, per vniuerſum orbem effloſcere quam maxime cupit. Promiſſio autem pacis, ſicut omnis promiſſio vitæ præſentis et futuræ I Tim. IV. 8. pietati tantum data eſt: *ſi in ſtatutis meis ambulaueritis, et præcepta*

6) FLACIVS *Clau. Script. S. v. pax. p. 861.*, et GVSSETIVS *l. c.*

7) *Philolog. S p. 1914. ed. 1713.*



cepta mea obseruaueritis, feceritisque ea - - - dabo pacem in terra, ita ut secure cubetis, Leuit. XXVI. 3. 6. In partem illius venire nequeunt impii, nisi vel piorum gratia, ne hi publicis inuoluantur calamitatibus, vel paedagogice, quando commodis pacis Deus impios velur amoris funibus trahit. Neque spem, pacis tantum facit religio christiana, sed et media illa potiendi praesentissima ostendit. Magistratus designat officia, eique iustitiam, benignitatem atque aequitatem commendat: a subiectis promptam erga imperantes obedientiam in omnibus licitis et honestis exigit. Vitiis hominum, quae tranquillitatem publicam et priuatam labefactant, sigillatim ambitioni, auaritiae, voluptati, occurrit et medetur. Ad pacem non solum cohortatur, sed insuper amorem christianum, reconciliationem fraternam, mansuetudinem, abstinentiam a vindicta, patientiam, aliasque virtutes, quae paci inseruiunt, inculcat. 8) Qui religionem christianam in suspicionem adducunt, ac si pacem ciuilem conuellat, summam doctrinae nostrae Sanctissimae ignorant, aut peruertunt. Petulantiam effrenam produnt EDELMANN 9), TINDAL 10); alique irrisores, quando cum Iudaeis infidelibus verba *Matth. X. v. 34. 35.* obiiciunt, ab interpretibus, aliisque solide vindicata. 11) Offerre discipulos iubet pacem Christus *v. 12. 13.* sed ne feliciorum, quam contumacia Iudaeorum patiebatur, sibi sponderent successum, persecutiones ipsis *v. 16. sqq.*, et domesticorum atque consanguineorum odia, dissensiones, discordias, velut euentus accidentarios, praeter suam intentionem secuturos, praedicit. Non insolens est, ut in S. litteris, actiua verba de iis quoque vsurpentur, quae cum actu vel effectu per accidens concurrunt *v. g. Num. XXXII. 14. Luc. II. 34. 11)* Hanc etiam mentem Saluatoris esse, tum institutio *Matth. V. 5. 9.*, tum declaratio *Luc. XII. 51-53.* significat. Tam arte pacis et amoris studium cum religione christiana copulatur, ut verus Christianus nemo sit, quin utriusque serio intentus sit, *2 Tim. II. 22. 2 Petr. III. 14. Iac. III. 17. 18.* Cum autem religionem christianam fastidiant plerique, vel quoad nomen et in speciem tantum profiteantur, recusari nequit, orbem terrarum, etiam qua Christiani eum incolunt, bellis subinde ardere. Nec de pace ciuili continuo securi sunt pii, siquidem peregrinantur in Meschech, habitant cum tentoriis Kedar, cum osoribus pacis *Ps. CXX. 5. 6.* Fata sua in mundo non nesciunt, quae eos edocet vocatio *Matth. XVI. 24., 1 Petr. II. 21.:* sed illa fortiter sustinent *2 Cor. VI. 4.* in omnibus vincentes per eum, qui dilexit nos,

B

Rom,

- 8) Comp. D. BVDDEVS *de Concordia religionis chystianae statusque ciuilis* 1712 p. 6. sqq.
9) *Im Glaubens Bekentniss* p. 208.
10) *Im Beweiss, dass das Christenthum so alt, als die Welt sey.* p. 587.
10) *Vid. RICH. KIDDER im Beweiss, dass IESUS der Messias sey* p. 772. ed. 1751, et S. V. D. IO. MART. CHLADENII *Progr. Natal. 1749 de Christo ut pacificatore terrae, quod germanice conuertit M. V. G. THORSCHMID* 1751., et adiecit *dem Blendwerck der natürlischen Religion* p. 84. sqq.
11) THEOD. HAKSPANIVS *Not. philologico-theol. Part. III. ad h. l. p. 63.* et GLASSIVS *philolog. S. p. 812. sq.*



Rom. VIII. 37. de dilectione Christi et Dei in Christo conuicti v. 35. 39, consolationibus diuinis confirmati 2 Cor. I. 3-5. in pace cum Deo et spe gloriae futurae triumphantes, Rom. V. 1. 2. 2 Tim. II. 11. 12. Rectius sibi consulunt Iudaeis, qui cum ABARBANELE vaticinia Prophetarum testantes, Messiae characterem non potestremum arbitrantur, vt pacem comparet terrestrem et perpetuam. Quam cum noster Iesus Nazarenus haud adtulerit, eum auersantur, et pacificatorem suum etiam nunc expectant. Sed de nulla pace, quam ciuili, minus cogitasse Prophetas, qui pacem Messiae praenuntiarunt, haud difficulter deprehenderent, nisi ambitiosa praesumptio de Messia mundano, qui populum Dei auitae libertati et praerogatiuae redderet, animis caliginem, oculis velamen obduxisset. De pace ciuili absolui, quam copiosius, nec inconsulto, persecutus sum. Tribus nunc expediri potest triplex, quae restat pax. *Ecclesiastica* in externam et internam statim distribuenda est. *Externa* consistit in libertate sacrorum, seu quod idem est, in libero religionis exercitio. Suos illa gradus admittit, vniuersim exigit, vt cultus publicus et priuatus haud turbetur, vt professio religionis externa nulli sit fraudi, iniurias, damna, pericula adcersat, vt vi siue directa, siue indirecta nemo a religione, cui addictus est, abstrahatur, et ad aliam, quam abominatur, compellatur. Eiusmodi pace fruebatur ecclesia apostolica in Palaestina collecta, postquam Saulus Iudaeorum Zelotarum antesignanus, Act. XXII. 3. sqq, Gal. I. 13. 14., ad paritione Christi a furore reuocatus Act. IX. 1. sqq. euangelium susceperat. *Ecclesiae igitur*, inquit Lucas Act. IX. 31., *per totam Iudaeam et Galilaeam et Samariam habebant pacem, et aedificabantur.* Vocatur haec pax externa vulgo pax *religiosa*, quatenus peculiari foedere, conuentione aut lege firmatur, qualis in Gallia data quondam fuit Hugenottis seu Reformatis 12) et superiori Saeculo per aliquot annos Iansenistis 13). Differt a pace religiosa, nuda *tolerantia*, quae inducias quidem, non autem pacem firmam largitur. Tolerantia alterna gauisi sunt nonnumquam trium priorum saeculorum christiani, quos tamen ad Constantinum M. vsque ab Imperatoribus gentilibus crebro et atrociter vexatos fuisse, nemo nescit.

Pax ecclesiastica *interna*, quae simpliciter ecclesiastica dicitur, vt ab externa seu religiosa distinguatur, prouta Prophetis praenuntiat, et ab Apostolis explicatur, est pax ecclesiae N. Tti *uniuersalis atque perpetua*, Pf. LXXII. 3. 7. sqq. Ies. IX. 6. (7.) Zach. IX. 10., coniunctio Iudaeorum et gentilium in Christo et Euangelio, consensio sententiarum religiosarum, voluntatum, studiorum, ex qua non potest non promanare pax externa, Ies. II. 2. sqq. XI. 1. 6. sqq. 10. sqq. Hagg. II. 6. 7. 9. Supponit aduentum Messiae, Principis pacis, Ies. IX,

12) celebre in uo edictum Nannetenle A. 1598 ab Henrico IV. promulgatum, quod LVDOVICVS XIV. A. 1685. iterum aboleuit. Vid. ELIAS BENOIT *histoire de l'Edit de Nantes*, quae 1693 1q. lucem adspexit 4 Voll. absoluta.

13) Solet adpellari pax *Clementis IX.*, qui eam 1669. sanxit. Vid du MAS *histoire de cinq propositions de Iansenius L. VI. p. 439. sqq.* Sed Regis Galliae edicto infirmata 1676, a. 1679. prorsus concidit.



IX. 5. (6.) eiusque pacificationem s. reconciliationem Eph. II. 13. 14. Col. I. 20. sqq, Ies. XXXII. 17. 18. ; abrogationem praerogatiuarum populi Iudaici, seu discriminis inter Iudaeos et gentiles Act. X. 28. 34. 35., XV. 9. Gal. III. 28. : destructionem parietis intergerini, qui eos *separauerat*, abolitionem inimicitiae, quae illos diffociauerat, i. e. legis caerimonialis Eph. II. 14-16. : creationem vnus noui hominis, vnus corporis et templi mystici v. 14. 15. 21. : repetitionem vocationis solemnem per euangelium et nuntios pacis, Ies. LII. 7., Nah. I. 15. (II. I.) Act. X. 36., Eph. II. 17. VI. 15. quo dispersi congregarentur, qui longe aberant, adcerferentur, vt vnus fit grex et pastor, vnus ex duobus collectus, Io. X. 16., XI. 52. Eph. II. 14. 18. Quae cum omnibus numeris partibusque suis in prima N. T., periodo expleuerit, quantum, in se fuit, benignissimum Numen, inani pollicitatione christianam ecclesiam lactasse, nec pacem vniuersalem atque perpetuam serio ac efficaci voluntate intendisse haud fingi potest. Nondum quidem exoptata effulfit pax, imo pertenuem eius spem facit saeculum, in peius ruens; at hominum vitio, non Dei culpa. Non omnes Dei promissiones sunt absolutae, sed aliae ordinatae, aliae conditionatae. Quae pertinent ad regnum gratiae, in quo Deus vi irresistibili non operatur, non-repugnantiam certe exigunt, et mediorum adceptionem. Hominum quidem incredulitas promissionum implementum intercipere potest, non autem Dei fidem et veracitatem abrogare, quae euentu solo aestimanda non est, Rom. III. 3. Iudaei hanc pacem ne quidem admittunt, sed Prophetarum vaticinia de pace ciuili terrae Iudaicae promissa interpretantur 14), sibi que solis vindicant, vt Messiam mundanum eo securius expectent, suasque praerogattuas prae ceteris gentibus tueantur. Quando autem sub extremis mundi temporibus pacem vniuersalem et perpetuam, sibi persuadent praesul ille Angliae, RICH. KIDDER, 15) alique permulti, repugnantibus quamplurimis, quorum controuersiae summa recidat, ex superioribus existimari potest. Non negligenda interim a nobis est pax ecclesiastica interna *particularis*, qua ecclesiae vere-christianae, et cuiusuis membra inter se coalescunt, tamquam eandem doctrinam salutis incorrupte et procul adsumptis amplectentes atque profitentes. Per hanc sunt conciuēs, Dei et fidei domestici, Eph. II. 19. Gal. VI. 10. credentes in Christo Iesu Eph. I. 1. credentes fratres in Christo Col. I. 1. et quae tales amandi I Petr. II. 17., vocati in vna spe vocationis Eph. IV. 4. et in vno spiritu adcessum habentes ad Patrem, Eph. II. 18. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus et Pater omnium. Eph. IV. 5. 6. Non aliud est vinculum, quo ecclesia visibilis continetur, quam vnanimitas doctrinae fidei, cui sacramentorum congruit administratio. Excludit haereses perditionis, quibus via veritatis blasphematur 2Pet. II. 1. 2. vt et schismata, quae corpus diuidunt Act. XIV. 4. I Cor. XI. 18. XII. 25. *Hortor*, inquit apostolus, I Cor. I. 10.

B 2

vos,

14) Vid., quae aduersus Abarbanel monet D. DEYLING *Obs. S. P. III. n. XX. §. XV. p. 148.*

15) *im Erweis, dass Iesus der Messias sey Sect. III, C. III, §. 15. sqq.*



vos, fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idem dicatis omnes, et non sint inter vos schismata, sitis vero coagmentati in eodem animo et in eadem sententia. Ecclesia Christi est corpus Christi, cuius singuli christiani sunt membra 1 Cor. XII. 27. Spiritus, quo copulantur, est consensus doctrinae coelestis, vnitas Spiritus, quae est vinculum, pacis Eph. IV. 3. 4. Non alios adpellant apostoli. Petrus eos, qui aequae pretiosam nobiscum fortiti sunt fidem 2 Ep. I. 2. Paulus omnes, qui inuocant Nomen Domini nostri Iesu Christi in omni loco 1 Cor. I. 1. Pax ciuilis cum omnibus colenda est Hebr. XII. 14. ; non ecclesiastica spuria, quae definit in Samaritanismum 2 Reg. XVII. 33 41. quando inter lucem et tenebras paciscitur, Ies. V. 20. 2 Cor. VI. 14., quando religionibus falsis eadem priuilegia et beneficia, quae solius verae propria sunt, largitur, et veritates coelestes, earumque cognitionem, tamquam speculationes otiosas, cerebrinas, et nullius vsus aut momenti, vilipendit atque exagitat, Io. XVII. 3. 17. XX. 31. 1 Tim. VI. 3. 4. 2 Tim. I. 13. 14. C. II. 14 sqq. : quando in societatem ecclesiae falsos doctores et haereticos adsciscit, qui propter seductionis periculum probandi, redarguendi, cauendi, deuitandi sunt, Matth. VII. 15. sq. 2 Cor. VI. 14-17., 1 Tim. VI. 5. Tit. I. 9-11. 1 Io. IV. 1. 2 Io. 9-11. Haec non est pax ecclesiastica, sed Syncretismus indifferentisticus, exitiosus et pestilens, Zach. VIII. 19. Pax *spiritualis* distinctione magis indiget, quam explicatione. Etenim diuersa nomine hoc, ecclesiastico potius quam biblico, inuoluuntur. Scilicet 1. *pax reconciliationis* (adquisitae), qua Deus nos, cum essemus hostes, per mortem Filii reconciliauit Rom. V. 10. Huc ab aeterno comparatum fuit consilium pacis inter Jehouam et virum Zemach Zach. VI. 13. foedus pacis diuinae Ies. LIV. 10. cum Christo initum, quod foedus gratiae promissorium, foedus cum hominibus dicitur, ad quos eius fructus vnice redundant. In baptismo primum nobis confertur, et quouis actu iustificationis iterato denuo applicatur. Vt id percuteretur, exegit Deus pacis, satisfactionem iustitiae suae solvendam a Filio per sanguinem aeterni Testamenti Hebr. XIII. 20., quem in temporis plenitudine effundere non recusauit. Castigatio pacis nostrae super eo fuit Ies. LIII. 5. Ipse enim pax nostra est per sanguinem et crucem Eph. II. 13. 14. 16. Reconciliauit omnia in corpore carnis suae per mortem, et pacem fecit per sanguinem crucis suae per se ipsum Col. I. 20. 22. Haec pax, quae inimicitiam inter Deum et homines sustulit, et immunitatem ab ira seu vindicta supremi iudicis conciliauit, pertinet ad omnes homines, et fundamentum est reliquae pacis spiritualis. De pace reconciliationis votum Paulinum Phil. IV. 7. adciunt tam veteres nonnulli, CHRYSOSTOMVS, OECVMENIVS, THEOPHYLACTVS, 16) quam nostratum quidam, IO. BRENTIVS, LVC. OSIANDER, IO. OLEARIVS, dissentientibus plerisque 17). De verbis Col. III. 15. idem sentire videtur I. C. WOLFIVS 18)

Liqui-

16) I. C. SVICERVS *thesauro ecclesiast. v. ερηνη T. I. p. 1033.*

17) GODOFR. WEGNER *exerc. de pace Dei S. X. p. 15.*

18) *Cur. Philol. et Crit. ad h. l. p. 339.*

Liquidior, inquit, hic sensus est, si pax Dei, a Christo parata, in animis credentium, principatum ita obtineat, ut eam semper respiciant, illamque conservandi studio imprimis ducantur. Cur dicta excitata ad pacem conscientiae restringant tantum non omnes, vix adparet. Vt enim taceam, pacem Dei et pacem conscientiae non esse synonyma necessaria, nec permutari posse, nisi contextus deposcat, eccui paci, Deine (reconciliationis); an conscientiae quae, prout in homine existit, humanis imbecillitatibus obnoxia est et conflictatur, custodia mentis et voluntatis, imperium et regimen in cordibus tutius committitur, et traditur? Maxime pax, quae omnem superat intellectum, ut loquitur Paulus, in tota sua emphasi significantius convenit paci seu mysterio reconciliationis Ephes. III. 9., quam paci conscientiae.

2. Pax iustificationis, qua Deus in iudicio absolutorio, peccatori antea iratus, patrem se fauentem et benignum ei praebet et declarat. Non statim a pace reconciliationis, quae ad omnes se profert, ad pacem conscientiae transitur, qua non alii fruuntur, quam qui iam ante iustificati sunt. Inter illam et hanc intermissa est reconciliationis applicatio, quae ab acquisita, vniuersali, et categorica differt 2 Cor. V. 19. 20. Col. I. 20. 22., tamquam particularis, et hypothetica, fidem quippe supponens, qua acquisita adprehendatur: non omnes autem eam adprehendunt, non hypocritae, non aperti peccatores, quorum corda foedissimis cupiditatibus numquam non exactuant, et pacem respuunt. *Non pax, inquit Deus meus, impiis,* Ies. LVII. 20. 21. Haec vero applicatio fit in iustificatione, in qua Deus loquitur pacem Ps. LXXXV. 9. et gaudium atque laetitiam audire facit, ut exsultent ossa, quae contriuerat, Ps. LI. 10. Priusquam haec pax iustificationis peccatori dispensata fuit, pace conscientiae, quae ex illa vnice deriuatur, frustra sibi blanditur anima. Pacem iustificationis Paulus, ut opinor, insinuat Rom. V. 1.: *iustificati fide pacem habemus erga Deum (cum Deo) per Dominum nostrum Iesum Christum.* Interpretatio recepta pacem conscientiae intelligit, partim quia cemparatio praesentis: *habemus*, cum praeterito: *iustificati*, pacem tamquam consequens a iustificatione velut antecedente distinguere videtur: partim quia theologia dogmatica pacem ut iustificationis effectum vulgo considerat. Veriorem utique iudico lectionem praesentis indicativi *ἔχομεν*, quam post ERASMVM aduersus MILLIVM denuo vindicauit DAN. WHITBY 19). Praeterquam autem, quod statim v. 2. iterum sequatur praeteritum: *habuimus*, apostolus beneficium iustificationis, eiusque amplitudinem hic persequitur, tam ratione actus, quorsum spectat pax et gratia, quam ratione effectuum *gloriamur* cet. Pacem non minus quam gratiam habemus, non ex nobis, sed postquam in actu iustificationis, cuius solius mentio fit, tamquam actu formali, non antecedente, vtramque adcepimus; sed spes gloriae Dei, gloriatio in afflictionibus cet. tamquam effectus, interueniente pace conscientiae, demum se-

C

quun-

19) *Exam Variant. lect. edit. 1724. p. 226. sqq. vbi addit. : Iustificati ex fide in Christum, recte dicit apostolus, pacem habemus per fidem in Christo, parum autem recte dixisset : habeamus per eum pacem illam, quae iis a longo iam tempore acquisita fuit.*



quantur. Conuenienti circumscriptione haec verba illustrat S. V. D. HEVMANNVS 20): *wir haben mit Gott Friede, das ist, wir sind mit ihm versöhnt, durch Iesum Christum, als den Mittler zwischen Gott und den Menschen* 1 Tim. II. 5. *Er ist uns nun nicht mehr als ein strenger Richter zu fürchten, der uns verdammen werde, sondern wir haben nun einen gnädigen Gott an ihm.* Theologia dogmatica recte pacem, tamquam effectum iustificationis considerat, quatenus denotat conscientiae pacem; non negat autem pacem, quae in ipso datur iustificationis actu. Iustificatio namque actus est non tantum priuatiuus, qui remouet a peccatore reatum culpae et poenae, sed etiam positiuus, qui eidem Christi iustitiam et meritum imputat, et cum eo omnem benedictionem spiritualem a Christo partam (quoad ius certe) dispensat Eph. I. 3. Ab hac excludi nequit pax iustificationis, qua sublata, euangelium pacis et nuntii pacis seu ministerium reconciliationis 2 Cor. V. 18. dignitatis, virtutis, et fructus haud exiguum facerent iacturam. Ipse Saluator cum remissione peccatorum coniungit pacem: *remissa sunt peccata tua, abi in pace* Luc. VII. 48. 50. 3. *Pax conscientiae*, pacis reconciliationis mediatas, pacis iustificationis immediatus est effectus. Formaliter enim consistit in certitudine iustificati de ablata indignatione diuina, de conciliato sibi Numine diuino, de remisso reatu culpae et poenae Coloss. I. 14. 2 Tim. I. 12. Coniuncta est cum hilari eucharistia Pf. CIII. I. sqq., cum reuerfione ad quietem Pf. CXVI 7., quam indignatio irati Numinis et peccatum subtraxerant Pf. XXXVIII. 4., cum fiducia spei Eph. III. 12. Rom. V. 2. sqq. Rom. VIII. 33. sq., cum recumbentia in gratia diuina, in dilectione Christi, in solatio et praesidio Dei, quae nulla angustia, adflictione et inopia turbari potest. Pf. IV. 8. 9. Rom. VIII. 35., cum adquiescentia in voluntate Dei, et tranquillitate nullo periculo vel hostium impetu imminuenda, Pf. LXXIII. 23. Rom. VIII. 35. Phil. IV. II. sqq. I Io. V. 4. 5. Nexum pacis conscientiae cum iustificatione insinuat apostolus Rom. XIV. 17. inquit: *non est regnum Dei cibus et potus* (oeconomia gratiae N. T. non utitur delectu ciborum, aliisque ritualibus institutis) *sed iustitia* (quae in iustificatione confertur) *et pax* (quae ex ea nascitur) *et gaudium in Spiritu S.* (qui in corde operatur). Declarat haec votum, quod C. XV. 13. nuncupatur: *Deus spei impleto vos omni gaudio et pace in credendo, ut abundetis vos in spe virtute Spiritus sancti.* Comitatur, certe comitari potest iustificationem pax conscientiae. Diuturni interualli, quod utramque seiungat, nulla cogitari potest ratio vel a parte Dei, vel ex parte iustificati. Non ex parte Dei, qui promissionem non tardat 2 Petr. III. 9., sed in corda filiorum suorum emittit Spiritum Filii sui, qui clamat: *Abba, Pater*, Gal. IV. 6. Non ex parte iustificati. Eadem enim fides, promissione gratiae in Christo nixa, quae iustificationem adcipit, Act. X. 43., pacem simul conscientiae largitur. Sicut igitur momentum fiduciae fidei primae, quae de iustificatione obtinenda non dubitat, est momentum iustificationis; ita iustificationem factam, excipit statim fiducia fidei secunda, quae tam in ob-

tenta

20) Part. VII. der Erklärung des N. T. ad h. l. p. 179. sq.

tenta iustificatione exultat, quam fiducia spei indiuulſe ei innexa ſuſtentatur, Eph. III. 12., niſi homo ſibi ipſi anfractus diſponat, aut conſcientiam polluat I Io. III. 21. Vtraque haec fiducia (fidei et ſpei) pacem conſcientiae peraeque gignit, ac confirmat. Admittit quidem, ſicut fiducia, ita et pax conſcientiae ſuos gradus, ſuas vicifſitudines, ſiue intuearis ſubiecta, cum maior pacis gradus ordinarie detur in exercitatis, quam recens conuerſis, quorum ſubtimida conſcientia, facile haeret; ſiue ſpectes tempora, ſiquidem adulti quoque in fide, modo magis, modo minus pace exuberant. Numquam autem iuſtificatis, quoad in ſtatu gratiae perfeuerant, exulare poteſt conſcientiae pax, quoniam eos, qua tales, fiducia et ſpes haud deficiunt 21). Cauendum eſt, ne pax conſcientiae per ſenſum deſcribatur, aut in experientia formaliter collocetur. Perſentifci utique poteſt, dum per adſaectus gratos laetosque ſe exferit, qui illam comitantur. Saepe tamen ſenſus imminuitur et euaneſcit, quod tentatorum et infirmorum comprobant exempla, ſalua et integra pace conſcientiae, quae iuſtificatos numquam deſtituit. Non enim dependet ab humana ſenſione, quae nimis fallax eſt, et naturae corruptae ludibriis ſubiacet, ſed a verbo promiſſionis immoto et Spiritu S. arrhabone in cordibus fidelium, eos confirmante et obſignante, 2 Cor. I. 20. ſqq. Eph. I 13 14. Fuſius hanc pacem perſequitur noſtras quondam IOACH. LÜTKEMANNVS 22) ex quo pauca excerpam: *Hiebey iſt zu mercken, daß dieſer Friede nicht allezeit im Fühlen vnd Empfinden beſtehet - - Die Seele ſtehet im Friede mit Gott, aber ſie empfindets nicht. Dis iſt die Zeit, da der Glaube probiret wird, ob er auch recht an Gottes Verheiſung halten will. Denn er muß ſich gründen nicht auf vnſer Fühlen, ſondern auf Gottes Verheiſen.* Quamdiu igitur homo in fiducia et gratia perſiſtit, exultare poteſt in pace, etſi non ſemper effuſe, cum illa Schulamitide ſeu Hieroſolymitana ſpirituali, (pace et felicitate donata): *sicut inueniens pacem*. Cant. VIII. 10. Super eſt *pax aeterna*, poſt quam noua, propter gaudiorum adfluentiam, deliciarum excellentiam non deſideratur, propter infinitam durationem haud exſpectatur. Seruatur vrbi, quae fundamenta habet, et dirui nequit, patriae meliori, Hebr. XI. 10. 16. Hieroſolymae coeleſti, ſedi pacis, omnibus numeris abſolutae, Hebr. XII 22. Apoc. XXI. 2-4. Huc adſcenderunt Simeon in pace dimiſſus Luc. II. 29. et Paulus bono certamine deſunctus 2 Tim. IV. 7. 18. Huc deportantur omnes perfeuerantes ad finem Matth. X. 22. Apoc. II. 10. et mortui in Chriſto I Theſſ. IV. 16., beati *ἀπαſſι* a momento diſſolutionis Phil. I. 23. Apoc. XIV. 13. *Iuſtus intrat pacem, quiſcunt ſuper cubilibus ſuis ambulantes in reſtitudine ſua* Ieſ. LVII. 1., tranquillitate perpetua et communionem Dei gloriaeque perfruentes, corporis putrefacti reſurrectionem, glorificationem et coniunctionem certo ſperantes 23). Praeſtat aeterna pax omni ſaeculari. Nam

C 2

I. omnis

21) vid. D. WERNSDORFII *diſp., qua pacem in cordibus fidelium βραβεύουσαν* Col. III. 15. repraeſentat. S. X. ſqq. p. 27. ſqq.

22) *Vorſchmack göttlicher Güte Part. II. medit. XIII. p. 478 ſqq. edit. 1740.*

23) Conf. VITRINGA *Comment. in Ieſ. Part. II. p. 745. ſq.*



1. omnis mali adfert absentiam. Remouet quaedam pax ciuilis, diffidia et pericula externa atque interna, a societate publica et priuata: eadem ab ecclesia repellit pax religiosa atque ecclesiastica. Grauioribus malis occurrit pax spiritualis, sed relinquit plurima. Liberatur anima piorum a corpore mortis Rom. VII. 24. intromittenda in nouos coelos et nouam terram 2 Petr. III. 13. Apoc. XXI. 26. XXII. 14. Nullis hostibus conflictatur 1 Cor. XV. 24. nullas sentit aerumnas et tristitias Ies. XXXV. 15. et corpori redunita nulla vitae animalis incommoda Apocr. VII. 16 17. Quapropter describitur per liberationem Luc. XXI. 28.: per liberationem ab omni opere malo 2 Tim. IV. 18.: per quietem Hebr. IV. 3. sqq., qua requiescunt beati ex laboribus suis Apoc. XIV. 13., non otiantes, sed immunes a sanctarum actionum imperfectionibus, quae abrogantur 1 Cor. XIII. 10., praesertim molestiis, quibus praesens saeculum obruitur et premitur, prout ex notione vocis *κόπος* docte ostendit WILH. ERNEST. EWALDVS 24): per sabbatum et sabbatimum 25) populo Dei (vere credentibus 1 Petr. II. 9) residuum, quo ingressi in Dei quietem ab operibus suis requiescunt, sicut a propriis Deus, non per essentialem et aequalem, sed gratiosam et analogam quietem, Hebr. IV. 9. 10. 26). 2. Pax aeterna non omnis tantum mali absentiam, sed et omnis boni praesentiam involuit. Pacis humanae nomen alioquin priuatiuam potius, quam positiuam designat felicitatem, licet haec illam sequi possit. Sed pax aeterna dicitur, vt *uir pacis meae*, Pf. XLI. 10. non is, qui nullum aduersus me fouet inimicitiam, sed qui amicitia mihi coniunctus est, non solum negatiua, sed etiam positiuam 27). Copulat Scriptura S quam arctissime discessum piorum ex corpore cum ingressu in gloriam, Luc. XVI. 22. 25. XXIII. 43. 2 Cor. V. 8. Phil. I. 23., et liberationem a malo cum saluatione seu deductione in regnum coeleste 2 Tim. IV. 8. 3. Pax aeterna vere est aeterna. et numquam terminabitur. Regnabunt coelites in saecula saeculorum, Apoc. XXII. 5. Ostentant haud raro numi pacem aeternam atque perpetuam; sed in terris eam nemo deprehendit. Ipsa pax spiritualis, omnis temporalis pacis firmissima, interrumpi ac amitti potest, quando homines a fide deficiunt, et gratia excidunt, Luc. VIII. 13. Gal. V. 4. 1 Tim. I. 19. At de pacis aeternae duratione constanti securi sumus. Quae videntur, temporaria sunt, quae non videntur, aeterna 2 Cor. IV. 18. Promittitur ecclesiae N. T. in his terris quies, pax, securitas vsque in aeternum, Ies. XXXII. 17. 18. et gaudium aeternum, C. XXXV. 10., quae, cum ecclesiae militanti proprie non conueniant, velut symbola spectanda sunt a pace futuri saeculi coelesti mutuo sumta (qualia Prophetis non inuisitata sunt 28),

24) *emblemat. S. L. II. Exerc. VII. p. 211. sqq.*

25) vocem graecam ex hebraea deriuatam IO. BRAVNIVS *Sel. Sacr. L. V. Exercit. VI et Comment. in epist. ad Hebr. ad h. l. declarat.*

26) vid. S. SCHMIDIVS in *Epist. ad Hebr. ad h. l. p. 437.* et IOAN. CHRISTIAN. SCHVLZIVS *de sabbato in primis mystico 1741. sect. IV. sqq.*

27) FLACIVS *Clau. Script. p. 862.*

28), quae pacem ecclesiae a Deo serio intentam, et continuam ad consummationem vsque saeculi infinuant. Itaque, quod de pace ciuili canit SILIVS, Italicus, vir consularis 29):

- - *pax optima rerum
quas homini nouisse datum est.*

verius quoad omnem amplitudinem ad pacem refertur aeternam. Haec omnium piorum votis expetitur, Rom. VIII. 21.; ad hanc contendere nostrum est, et firmam facere vocationem atque electionem fide, virtute et studio bonorum operum 2 Petr. I. 5. 11., Rom. II. 5. Beatus et sanctus, qui habet partem in resurrectione prima Apoc. XX. 6., et reportauit finem fidei, salutem animae, 1 Pet. I. 9. Exoptata haec pacis aeternae fors obtigit VIRO VENERABILI, qui cum gaudio, sicut Paulus Act. XX. 24., emensus cursum, superatis breui fati vltimis, ad pacem aeternam spe citius adspirauit, inter coelites nunc ouans. Merita beati, quibus is inclaruit viuis, suo iure postulant, vt eius vitam ab ingressu ad egressum debitis prosequar laudibus. Magna pars haurienda est ex Programmata inaugurali, cui adcesserunt, quae Vir iuris scientia et praxi clarissimus, Dom. ADOLPH FRIDER. LOCCENIVS mihi significauit, nec non quibus Fautor quidam aestumatissimus, multis retro annis BEATO coniunctus promte me impertiit. Patriam terrestrem inuenit BEATVS extra patriam, et sicuti Spirensi Episcopatu vitae exordium, sic eiusdem sustentationem Ducatu Mecklenburgico post Deum debet. Sedem gens STIEBERORVM incluta, per vniuersam Germaniam diffusa, cuius virtuti praeclarum perhibent testimonium non conciones modo funebres, sed et epitaphia passim, praesertim quod Brunsvici in templo b. Martini, in honorem coniugis VLRICI HENRICI STIEBERI, Sereniss. Ducum Luneburg. Consilii erectum conspicitur, praecipuam et stabilem fixit in Palatinatu in Seriori, tractu fertilissimo, cuius pars est Episcopatus Spirensis, et terris finitimis, prout numerus testatur Ascendentium, quibus ortus est VIR SVMME VENERABILIS. *Atauus* IAC. STIEBER, I. V. D. et Ser. Elect. Moguntini Consiliarius, nat. 1465, den. 1530. *Abauus* IOANN. STIEBER, Ictus insignis, Sereniss. Comitis Palatini Bipontini Cancellarius, primusque status Minister, nat. 1525, den. 1585. *Proauus* HENR. STIEBER, I. V. D. Camerae Imperialis primum Aduocatus, postea Sereniss. Comitis Palatini Neoburgici Consiliarius, nat. 1569, den. 1612. *Auus* IOANN. VLRICVS STIEBER, I. V. D. Camerae Imperialis Spirensis Aduocatus et Procurator Senior, Regis Daniae, Elector. Saxoniae et Brandenb., nec non Ducum Brunsvic. ac Würtemb. Consiliarius, nat. 1602., den. 1673. *Pater* IOANN. FRIDER. STIEBER, nat. 1646. I. V. D., tum in Camera Imperiali Aduocatus, ac diuersorum Principum Imperii, figillatim Ser. Ducis quondam Mecklenburgici, GVSTAVI ADOLPHI. p. m.,

D

Consi-

28) D. DEYLING *obseru. f. Part. V. p. 398. sqq.*

29) *Punicor. Libr. XI. edit. Paris. 1618. p. 476.*



Confiliarius extraordinarius. Thori sociam, quae Beati *Mater* fuit, adsciuerat IULIANAM VRSVLAM BRVNNERN, natam 1658, eaque *Patrem* habuit IOAN. SAM. BRVNNERVM, Camerae Imperialis Adfessorem; *Auum* IOANN. WOLFG. BRVNNERVM, ICtum et Ciuitatis Franconiae Kitzingensis Consulem; *Proauum* GEORG. BRVNNERVM, Camerae Imperialis Adfessorem; *Abauum* MICH. BRVNNERVM, Egrae Patricium, et Consulem, nec non Haereditarium in Lehenstein; *Atauum* ERHARD. BRVNNERVM, pariter Patricium et Consulem Egranum.

Bonorum, quibus iustorum domus abundat, non expers fuit hoc matrimonium, octo quippe foecundum liberorum, quorum hic fuit ordo nascendi.

- I. IOANN. FRIDERICUS, nat. Spiraе d. 28 Septembr. 1676, ibidem den. 1677. die 15 Ianuar.
- II. HENRICA EUPHROSINA, nat. Spiraе 1677. d. 30 Octobr., denat. Gūstrouiae 1698. d. 21 Septembr.
- III. IOANN. SAMVEL, Spiraе nat. 1680. d. 3 Februar. iudicii aulici Heidelbergens. Confiliarius, denat. 1747. m. Martio. Prolis superstitis numerus, et nomina ignorantur.
- IV. FRIDER. WILHELMVS, Spiraе nat. d. 22 Ianuar. 1681., Candid. Iur. Darguni deceffit d. 30 Ian. 1732.
- V. GEORG. FRIDERICVS, qui noster est defunctus, Spiraе nat. 1684. d. 6 Iul. circa horam vespertinam octauam.
- VI. CATHARINA IULIANA, Hamburgi nat. 1690. d. 22 Mart., quae 1727. d. 5 Maii nupsit Flurim. Rever. atque religiosissimo Dom. CHRISTOPH. FRIDERICO LOCCENIO. tum Pastori Palaeo-Strelitienfi vigilantissimo, paullo post et hodienuc Praeposito Stargardienfi meritissimo, Viro doctrina integra et solida non minus, quam pietate vitaeque exemplo maxime conspicuo. Conferuet eos Numen optimum quam diutissime, exornet prosperitate, cumulet gaudiis ex vnici filii, praeclaudati Dom. Candidati ADOLPHI FRIDERICI LOCCE-
NII, forte faustissima percipiendis.
- VII. ANDR. FRIDERICVS, nat. Gūstrou. 1694. d. 23 Iul., hodie Comitum Stolberga-Wernigerodensium Schwarzouiae Confiliarius Aulicus illustris.
- VIII. MARGARETA ELISABETHA, nat. Gūstrou. d. 15 Oct. 1697, Virgo Aulica Serenissimae Coniugis, Ducis nostri Regnantis, longe clementissimi, Verique Patris patriae, Dominae GVSTAVAE CAROLINAE, piae memoriae: nunc coenobio Virginum nobilium potissimo, Rūhnenfi, quod Serenissima Princeps et Domina VLRICA SOPHIA, regit, indulgentia Reuerendissimae Abbatissae addita.

Tredecim vix annos tranquille fortunati coniuges traduxerant, cum subitae illos opprimerent procellae, aequae violentae ac diuturnae. Postquam enim Elector Palatinus, CAROLVS, lineae suae

suae nouissimus, 1685. mortem obierat, cuius Sororem Dux Aure-
 lianensis coniugem duxerat, huius nomine Duci Palatino Neobur-
 genfi successionem dubiam reddere LVDOVICVS, Galliarum
 Rex, nitebatur. Simulac autem spes illum frustrari videretur, eo
 dimisit comitem de Melac cum exercitu, qui 1688. Palatinatum
 inferiorem, ceterasque ad Rhenum positas prouincias, diripiebat, et
 ferro ignique vastabat, agros depopulabatur, ciuitates et oppida
 flammis delet. Non effugit raptorum atque incendiariorum im-
 manitatem Spira Nemetum, a perluciente riuo et priscis incolis deno-
 minata, liberarum Imperii Romani ciuitatum fere antiquissima,
 multis Imperatorum monumentis, comitiis, et perpetuo imperii foro
 celeberrima. Contra fidem namque datam funditus euerfa, et in
 cineres redacta est. Euasit Stieberus, Pater, cum familia et defuncto
 nostro, 4 annorum puerulo, Francofurtum ad Moenum, indeque lon-
 go itinere, magnisque sumptibus Raceburgum 1689. contendit, a
 Duce Saxo-Lauenburgico, IULIO FRANCISCO adpellatus
 Consiliarius Aulico-Forensis. Sed eodem anno in Bohemia fati-
 concessit Herus eius clementissimus, nullo masculino haerede re-
 licto. Rebus itaque conuersis, Hamburgum discessit, priuatam
 cum suis per biennium degens vitam. Hinc 1693 a Serenissimo
 Duce, GVSTAVO ADOLPHO, glor. m. Gustroviā aduersus
 et Consiliarius Cancellariae iustitiae constitutus est. Nouas autem sensit
 vicissitudines, Duce alte memorato 1695. absque prole mascula extin-
 cto, fortunae ludibrio expositus ad a. 1704. quo placide exspirauit.
 30) Vxor superstes cum filio, beato nostro, Dargunum profecta est,
 ibique aliquot post annis vitam aerumnosam cum meliore commu-
 tauit. Interim BEATVS adoleuerat, et cum litteris se addixisset,
 gymnasium Gustrouiense frequentauit, cuius doctorum publico-
 rum, praesertim IOACH. OTTONIS, Rectoris inclyti, fidam
 solidamque institutionem gratissima semper mente recoluit. Hoc
 praeceptore, publica saepe panegyri perorauit. A. 1702. Serenissi-
 mo Duci Regnanti, FRIDERICO WILHELMO, gl. m.,
 et rursus 1703. Natalem, carmine latino; denuo Serenissimam Con-
 iugem SOPHIAM CHARLOTTAM, nuptiis Cassellis cele-
 bratis, Suerinum deducenti gratulatus est carmine Germanico *de per-
 uetusti regiique stemmatis Seren. Ducum Mecklenburgensium gloria*:
 quae postrema oratio solemnis mandato Superiorum typis expressa
 legitur. Eodem praeside, antequam ad Academiam Rostochien-
 sem se conferret, publice disputauit, et partem Theol. Moralis b.
 SCHOMERI, in compendium missae, primus dextre ventilauit,
 eiusque vestigia signarunt plures iuuenes ingenii eximii, qui reli-
 quas respondendo strenue tuiti sunt 31). Consecrauerat se BEA-
 TVS studio theologico, etiam si maiores omnes iuris peritia incla-
 ruissent, voto inter continuos angores, quibus per integrum semestre

D 2

collu-

30) conf FRIDER. THOMAE *Analect. Gustrou. Catal. biographico* p. 125.
126.

31) Editae sunt coniunctim s. t. *doctrina moralis b. Dn. SCHOMERI, in
compendio, cum praefat. Magni Fechtii cet.* 1710. 8.



colluctatus, exsolui prius non poterat, Deo nuncupato. Quo consilio, academiam Rostochiensem adiit, inter ciues illius a IOANNE DE KLEIN, I. V. D. et Professore, longe celeberrimo, Cancell. iustitiae nec non Consistorii Direct., et Consiliario Intimo perillustri t. t. Acad. Rectore Magnifico 1704. d. 7 Maii relatus. Secutus est Theologos magni nominis, qui nunc inter coelites triumphant, FECHTIVM, GRAPIVM, KRAKEVITZIVM, ENGELCKENIVM, AEPINVM. Fundamentis sacri studii iactis, Saxoniae superioris academias inuisit, et Halae Magdeb. stipendii Brunneriani causa biennium fere exegit, audiens nouae academiae theologos famigeratissimos, BREITHAVPTIVM, ANTONIVM, FRANCKIVM, MICHAELIS, ceteros. Redux factus Rostochium reperit, pristinos Doctores denuo consuluit, iisque SIBRANDVM addidit. Deinceps Gustrouium reuersus, vt senescenti Matri praesto eslet, ab Excellentissimo et Generosissimo Domino CAROLO GVSTAVO DE MALZAHN, summo excubiarum militarium Regis Daniae Praefecto, et Gustrouiensis iam aulae Supremo Mareschallo 32), vt inuentum illius nobilem institueret, electus est; paulo post a relicta GVSTAVI ADOLPHI, Ducis quondam gloriose regnantis, vidua Serenissima MAGDALENA SIBYLLA 1708. ephebis Nobilibus, 1710 bibliothecae simul gratiosissime praefectus fuit. Anno 1712. litteris Serenissimae AVGVSTAE MARIAE, Sereniss. Marchionis FRIDERICI MAGNI relictae Viduae Durlacum vocabatur, vt in aula ipsius concionatoris aulici munere surgeretur. Cum autem eodem tempore 1712. d. 29 Decembr. S. R. IOACH. SCHROEDERVS, Superintendens, Consil. ecclesiasticus, et Concionat. aulicus e viuis migraret, Serenissima MAGDALENA SIBYLLA munus in aula Sacrum tam Concionatoris, quam Confessionarii, dato vocationis diplomate, ei clementissime demandauit. Ex litteris vocationis pauca huc referam: *Demnach wir entschlossen die ietzo bey vnserer hiesigen Schlosskirchen vacirende Hoff-Prediger Stelle hinwieder zu besetzen, vnd dazu eure Person zu beruffen, in betracht vns eure Person dergestalt längst angerühmet, auch wir aus der von euch in wehrender Zeit ihr bey vnserem Hofe engagiret gewesen, geführten Conduite vns selbst die Versicherung geben, dass an euren Glaubens Bekenntniss der reinen vnd wahren Religion, Gottseeligkeit vnd vnsträflichen Wandel vnd Leben, imgleichen an warhafter vnd gründlicher Piaetaet vnd Gelassenheit wir nicht zweiffeln. Als haben wir euch etc. etc.* Institutus est 1713. a Dom. HENRICO WITSCHIO, Pastore in aede Hospitali Spir. S. meritissimo, et tum Seniore Vener. R. Ministerii Gustrouiensis, eodem praesente, in templo arcis Ducalis, ad officium sacrum, quod diuina virtute sollerter administruit. Praeterlapso aliquo tempore, vitae coniugalis sociam circumspexit, et in Serenissimae GVSTAVAE CAROLINAE

virgine

32) Parentauit eidem d. 21 Iun. 1713. defuncto inscriptione germanica, pl. 1. fol. impressa, cui nomen praemisit; G. F. Stieber, *Ibro Hochfürstl. Durchlauchtigkeit Hofprediger.*

virgine aulica prima, MARGARETA DOROTHEA, prae-nobilissimi Dom. CLAVS IOSVAE KRONEN, Praefecti Mirouiensis spectatissimi, grauiissimi, filia, omnibus sui sexus decoribus exornata, cum Serenissima Vidua Gustrouiensis Grabouienfes Principes inuiferet, ex voto inuenit. Celebrauit 1715. m. Ian., interueniente benedictione sacerdotali, nuptias in arce Ducali Gustrouienfi, et cum ea, licet improles, concorditer et amanter vixit ad diem 21 Octobr. 1752., qua illa, Rostochii demortua, maritum viduum fecit. Ad superos translata 1719, Serenissima Duce vidua, MAGDALENA SIBYLLA, cum Serenissima Principe Filia AVGVSTA 1720. d. 18 Aug. Gustrouia Dargunum demigravit, et tamquam concionator aulicus, et confessionarius, caetui sacro, qui in arce congregatur, praefuit. Singularem expertus est Serenissimae Principis et Dominae suae gratiam, cuius etiam iussu summos in Theologia honores, Procancellario, Decano, et Rectore Academ. Gryphicae, Theologo celeberrimo, D. ALBERTO IOACH. DE KRAKEVITZ, S. S. Theol. Prof. Primario, Consist. Regii Praefide, et Superintendente Generali, solenni panegyri, d. 8 Octobr. 1722. instituta, Gryphiswaldiae capessuit, postquam m. Iulio Examen rigorosum sustinuerat et reliqua specimina praeuia ediderat 33). Quae postea cum BEATO siue fausta, siue infasta contigerint, me latent, nec huius loci est persequi. Abrogotum illi 1735. d. 16 Iulii officium sacrum esse, constat. Motus Dargunenses notissimos, dimissioni occasionem dedisse, facile conicitur. Speciales autem illius causas aliter enarrant S. R. WALCHIVS, et ex eo illustris MOSERVS; aliter D. STIEBERVS, quod scriptorum conspectus docebit. Caeterum BEATVS, relicta arce et ecclesia Dargunensi mox Wismariam se recepit, Serenissimo Duci Mecklenburgico, tum Regnanti, et fata sua, et nouam Dargunensis conuersionis methodum expositurus 34). Sed hic locus multis et diuturnis illum inuoluit difficultatibus, quae neminem praetereunt. Potuisset omnibus se expedire fauore Generosissimi et Prudentissimi Senatus Stralesundensis, qui ipsum Pastorem et Consistorii Adfessorem 1737 benigne designauerat et vocauerat. Quae autem retinuerint illum, quin vocationi legitimae et beneuolae obsequi potuerit, edisserit BEATVS publico scripto, cui litterae vocationis insertae sunt, infra commemorando. Quietem demum et decus ipsi reddidit annus 1748., quo clementia Ducis nunc gloriose Regnantis, Serenissimi CHRISTIANI LVDOVICI Consiliarius Consistorii adpellatus, et in Consistorium Ducale receptus est, cui ad finem vsque vitae interfuit. Annos autem su-

E

perio-

33) Vid. D. KRAKEVIZII *Progr.* quo ad *lectiones STIEBERI cursorias* inuitat, et ex confessionibus ecclesiar. Pomeranic. edisserit, *fidem solam iustificare, numquam tamen solam manere*; nec non *Progr.*, quo ad *disput. inaug.* inuitat, et vitam STIEBERI ad hunc vsque annum persequitur, *Conf. Annal. Litt. Mecklenb.* 1722. p. 72. *sqq.*

34) Vid. WALCHIVS *illustratus* p. 129. *sq.*



periores non in otio contriuit, sed, vt alias, in continuo rerum diuinarum et humanarum studio, transegit, museo adfixus, et horas subseciuas vel libris aliorum legendis et in vsum conuertendis, vel propriis cogitationibus litteris consignandis opportunoque tempore euulgandis impendens. Fidem facit series scriptorum, quam subiicio.

1. *Des theuren Manns Gottes, D. Martin Luthers, Gebet-Büchlein, so aus seinen eigenen Worten und Tomis von seel. Herrn M. Petro Trewer zusammengetragen, hernach auf einer hohen Person Befehl zu Kiel wieder aufgeleget, nun zum drittenmahl durch hohe Befoderung zur gemeinen Erbauung mit einer neuen Vorrede vom Gebet zum Druck übergeben. Güstrow in 8. praefatio signata est d. 29. Mart. 1710. Vid. Vnsch. Nachr. 1713. p. 491. Jq. vbi haec editio ad a. 1712. per errorem refertur.*
2. *Vorspiel zur Historie der Reformation und Leben Lutheri, dem einreisenden Indifferentismo aus den bewertbsten Scribenten, sonderlich aus allen Tomis und Schriften Lutheri, und meistens mit dessen eigenen Worten entgegen gestellet. Güstrow in 8. Vid. Vnschuld. Nachr. 1711. p. 275. et Annal. Theol. Decenn. I. p. 533.*
3. *Historia theologiae dogmaticae Lutheri et Melanchtonis opera restauratae, qua et integra exhibetur de huius locis theologicis historica commentatio, historiae Arnoldinae ac profanis indifferentistarum ingeniis opposita cum praefatione D. IOANNIS FECHTII. Güstrow. 1712. in 8. rec. 1719. in 8.: editio altera et emendatior. Vid. Vnsch. Nachr. 1712. p. 525. et Catalogus Biblioth. Theolog. Reimmannianae Part. I. p. 58. 59.*
4. *Corona et flores ferales, quos in tumulum Viri summe Reuerendi atque Excellentissimi, Domini IOACHIMI SCHROEDERI, Consilii Ecclesiastici nec non Superintendentis Gustrouiensis ac Serenissimae Viduae Principi a Sacris concionibus primariis et confessionibus, Theologi de ecclesia Christi longe meritissimi, in luctu frequenti ritu antiquo officii et pietatis ergo spargere voluit, debuit. in 4. 1713. Typis quidem annus expressus non est, verum tamen designatum esse, haud dubito, quia laudatus SCHROEDERVS 1712. d. 29. Decemb. fatis concessit. Vid. Gust. Thielen fünfhundertiaebiges Alter der Hochfürstl. Dom-Kirchen in Güstrow, C. XXXI. p. 206. Exponit haec plagula de veterum consuetudine demortuos, eorumque lectum et tumulum, coronis et floribus exornandi, et de aliis ritibus sepulcralibus priscis, atque cum inscriptione latina definit.*
5. *Mecklenburgische Kirchen-Historie von Stiftung der Christlichen Kirchen unter den Wenden, worin von dieses Volcks Bekehrung -- wie auch von dem Anfang und Fortgang der Christlichen Religion im Lande Mecklenburg umständlich gehandelt wird. 1714. in 8. Quae aduer-*

aduersus disput. de Mecklenburgensium a gentilismo ad Christianismum conuersione, a Ioann. Henr. Oldenburgio, praefide b. nostro AEPINO 1708. ventilatam monuerat autor, humaniter diluit Praeses celeberrimus, litteris d. 7. Febr. 1714. datis s. t. *Sendschreiben an Sr. Gross-Ehrw. Hrn. G. F. Stieber.* Conf. de scripto Stieberiano *Vnschuld. Nachr.* 1714. p. 174. sq. 1715. p. 741.

6. *Historie von D. Martin Luthers Anfang, Lehre, Leben, standhafter Bekenntnass seines Glaubens und Sterben, beschrieben durch Hrn. M. Iohann Mathesium den eltern - welchen ietzo beygefüget des Hn. Philippi Melanchtons Historie oder kurtzer Bericht von dem Leben und Reformation des Jeel. Lutheri - wieder heraus gegeben, vnd mit einer nöthigen Vorrede versehen.* Güstrow 1715. 8. Praefatio notat. G. Arnoldum, et sic dictum Heraclitum Christianum. Comp. *Vnschuld. Nachr.* 1715. p. 481. sqq.
7. *Leben des Herzogs MAGNI zu Mecklenburg, ersten euangelischen Bischoffs zu Schwerin.* 1716. in 8. S. *Vnschuld. Nachr.* 1716. p. 752.
8. *Historische Vntersuchung des hohen Alterthums, Verwandtschaft, vnd Vhrsprungs des Gross-Czaarischen vnd Durchl. Mecklenburgischen Hauses, wobey zugleich vntersuchet wird: ob die Russen und Wenden vor eine Nation zu halten seyn, oder nicht?* Rost. vnd Leipzig 1717 Praemittitur tabella diuerfarum sententiarum de peruetustis Regibus Vandalicis, et Bilungi maioribus, aliaque p. 54. inferitur de Regibus et Ducibus Obotritarum. Occasionem huic scripto dedit b. Frider. Thomas, Gymnaf. Gustrou. Sub-Rector doctissimus, 1718 defunctus, qui Serenissimo Duci Regnanti, CAROLO LEOPOLDO. glor. recordat., nuptias cum CATHARINA, Magni Russiae Ducis et Imperatoris, augustissimi IVAN ALEXIEWITZ, Principe filia, feliciss. memoriae, Dantisfi 1716. d. 19 April celebratas carmine germanico s. t. *dic nahe Hochfürstliche Anuerwandschaft*, praemissa tabula genealogica: *Russische vnd Mecklenburgische Stamm-Taffel, 2 plag. fol. Gustr.* impressis gratulatus fuerat. Causae non defuit Dom. Thomas, sed orationem a filio d. 26 Nouembr. 1716. habitam, omisso habitu oratorio, typis excudi curauit, cuius singulae paginae columnam germanicam et latinam habent, index etiam idioma utroque descriptus, latine hunc in modum conceptus est: *auitae Russorum atque Mecklenburgensium Principum prapinquitate seu consanguinitatis monstrata ac demonstrata vestigia, cum duplici tabula genealogica.* Germanice: *gewiesene Spuren einer vbralten Verwandtschaft zwischen den beyden Gross-Czaarisc en Russischen vnd Herzoglich-Mecklenburgischen hohen Häusern, nach einer zwiefachen Stamm-Taffel deutlich vor Augen gelegt, vnd aus bewährten Scribenten erwisslich gemacht, nachhero auch*



wieder einige dagegen öffentlich erregte dubia in angehengter Beylage gerettet von Friedrich Thomas, Gymnas. Güstr. Subrektor. Rost. 1717. fol. Plura de hac caussa scripta commutata esse, non memini. Scriptorum horum et plurium copiam liberaliter mihi fecit Illustris et Consultissimus D. D. MANTZEL, Cancellariae atque Consistorii Ducalis Consiliarius meritissimus, et Iuris Antecessor in hac Alma Senior multo celebratissimus, Fautor et Collega, longo rerum usu cognitus atque summopere colendus.

9. *Mecklenburgische Historie der Gelehrsamkeit, worinn von dem Zustand, Reformation, vnd Aufnahme der Litteratur, besonders im Herzogthum Mecklenburg zur Zeit des XVI. Seculi gehandelt wird. Nebst einer Vorrede, darinn von Stiftung der Vniuersitaet Rostock Meldung geschicht. Güstr. vnd Leipzig 1721. 8. S. Fortgesetzte Sammlung von A. vnd N. 1721. p. 663. q., vid. Annales literarios Mecklenburgenses 1722. p. 107. 109. Rec. 1741. 8., vt b. Autor ipse adnotauit.*
10. *Die gecreutzigte Vernunft, zum Zeugniß wieder die Vngläubigen, bey dem überhand nehmenden Libertinismo vnd Freygeisterey, zum Trost aber vnd Vnterricht der Frommen aufgesetzt. Rost. vnd Leipz. 1722. 8. S. Fortges. Samml. von A. vnd N. 1723. p. 1019. vnd Annal. Literar. Mecklenb. 1722. p. 112. 113. Illustris Moserus aegre ferre videtur, quae beatus aduersus conuersionem a voluntate ex mente quorundam inchoandam p. 19. disputat. Nam Lexico der ietzlebenden Theologen Part. II. p. 691. scribit: Er bildet sich vnter andern ein, dass die Lehre, ob fange die Bekehrung vom Willen an, Scepticos mache.*
11. *Dissertatio inauguralis de theologia aenigmatica ex dicto Paulino I Cor. XIII. 12. praeside Alb. Ioachimo de Krakenitz, 1722. d. 17 Iulii habita, Gryphisw. 4. recusa 1741. 8.: tertium iam edita, cum Progr. b. de Krakenitz inaugurali, et b. Sandouii gratulatione de vita fidelium aenigmatica.*
12. *Streit des Geistes vnd des Fleisches in Ansehung der Vernunft 1730. 8. Laudatus Moserus l. c. p. 690. scribit: ist vielleicht nur ein neuer Titel vnd das vorige Buch. Non vana haec est suspicio. Comparata enim vtraque editione, et paginis, et deductione conspirare vtramque deprehendi.*
13. *Gemüßigte Vertheidigung des Mecklenburgischen Lehr-Amtes wieder die Beschuldigung einer, in der Sammlung auserlesener Materien zum Bau des Reichs Gottes ertheilen ungegründeten Nachricht von einigen Mecklenburgis. Kirchensachen. Nebst einem angehängten Theologischen Responso, vnter Censur E. Hochbrw. Theol. Facultaet. Rostock 1736. 8. recus. 1737. Nomen b. Autor haud adiecit, nec significauit Facultati nostrae, quo tempore censurae eius, scriptum illud*

illud tradebatur. Procedente autem tempore publice id innotuit. Opposita haec est apologia collectionis in rubro adlegatae T. IV. Part. XXXI. p. 928. insertae relationi, quae p. 23. sqq. integra denuo legitur. Compar. illustris Moserus l. c. p. 178. 182.

14. *Vnterthänigster auf hohen vnd auctoritate Caesarea ergangenen Special-Befehl abgestatteter gewissenhafter Bericht von den wahren Umständen des in Wismar vom Hofe aufgedrungenen hinterlistigen reuerfes de dato 22ten Octobris 1735. Nebst Beylage 1738. fol. legi aliud scriptum b. autoris eiusdem argumenti s. t. behaupter Ruhm der Gerechtigkeit cet. quod typis expressum non est. Vid. h. h. Klüners Beschreibung des Herrzogthums Mecklenburg p. VI. §. 82. 84. p. 698. 718. sqq., et celeb. Moserus l. c. p. 17. sqq.*

15. *Die Krohne des Alters vnter den Hohen, welche in dem Ehrengedächtniß der Durchlauchtigsten Fürstin vnd Frauen, Frauen MAGDALENAE SIBYLLAE, verwitweter regierender Hertzogin zu Mecklenburg, als aeltester Hertzogin in gantz Teutschland, ja in Europa, Anno 1719. entworfen, jetzo aber dem Druck übergeben. Rostock 1742. 4. Addita est tabula genealogica Serenissimae, quae 1719. die 22 Septembr. a. a. 88. in Domino obdormiuerat.*

16. *Walchius illustratus d. i. abgenöthigte vnd nach der Wahrheit angestellte Betrachtung dessen, was S. T. Herr D. Walch in seiner Historischen vnd Theologischen Einleitung in die Religions-Streitigkeiten, vnd von denen Dargunischen Streitigkeiten, hauptsächlich derselben ersten Anfang zu erzehlen beliebet. - - Durch Sincerum Theophilum 1742. 8. Alieno nomine vtitur et de se loquitur b. Autor, euicturus, relationem (p. 22. seq. huius scripti denuo insertam, quam sequitur D. Walchius et ex eo potissimum repetit illustris Moserus l. c. p. 174. sqq.,) minus integram esse, ipsumque Walchium a partium studio sibi non temperasse. Quod posterius etiam notauit b. Frater meus desideratissimus, Dom. M. Ioach. Henricus Burgmann, Pastor Parochialis apud Gustrouiensis, praefat. historica, maxime aperta et luculenta, praemissa 1740. der nöthigen Gegen-Antwort p. 131. sqq.*

17. *Vnumstößlicher Beweiß, wie nachtheilig die geistliche Monarchie des Römisch-Paebstlichen Stuhls allen Kirchen sey; besonders aber des b. Römischen Reich Teutscher Nation - - einigen erleuchteten hohen Cabinets-Ministris demüthigst vorgelegt von einigen Aeltesten der Apostolisch-Catholischen Kirchen. Rostock 1744. 4.*

Plura, quam recitauit, composuit BEATUS scripta, quae siue manu descripta, teruntur, siue in scriniis hucdum latent. Plura

F

mente



mente concepit procul dubio, quae ad colophonem haud perducta, vel vltimam linam non experta sunt, quod ex iis, de quibus mecum per litteras nonnumquam contulit, coniiicio. Remorata illum esse videtur aetas ingrauescens, quae promptissimos et doctissimos viros plerumque tardiores reddit. Ea non minus, quam solitudo tristis animum subinde reuocauit ad crebriores de morte meditationes, quibus ad imminentem se praeparauit obitum. Locuples testis est Vir Plurimus Reuerendus atque Religiosissimus, Dominus ANDREAS CHRISTIANVS PETERSEN, S. S. Theol. Candid. praestantissimus, ad aedem Cathedralem Archidiaconus vigilantissimus, Philos. Doctor inclytus, Collega aestimatissimus, qui sapienter atque ingenue postrema BEATI persequitur.

Quod Diuus Paulus ab omnibus Discipulis Iesu requirit, ut hoc sibi ob oculos ponant, viuere quod viuunt Deo, et mori quod moriuntur Domino, huius certe in semetipso exemplar studebat, nec, ut spero, frustra studebat exprimere b. STIEBERVS. Voluit vltimis abhinc annis, ut specialiore animae ipsius curam eggererem, et diuinum sibi de salute sua consilium me interprete exponeretur. Feci hoc pro muneris mei ratione, pro virium donorumque modulo. Sed numquam feci, quod grata mente semper profitebor, nisi piis insimul meditationibus ab ipso instructus, numquam nisi eruditus eius sermonibus in doctrinae salutis hac et alia parte ipse confirmatus, numquam nisi de prouide admodum fungendo munere apostolico admonitus dixerim? an edoctus? Solebat, integerrima quoque adhuc valetudine vsus, cunctis mecum habitis colloquiis meditationes super vitae suae finem, certissimum sibi feliciorum statum futurum, ardentissimum beatae analyseos desiderium interspergere, et haec plerumque clausula: *Vnser Wandel ist im Himmel*: finire solebat. Homo erat, ac nihil humani a se alienum optime STIEBERVS noster nouerat. Verum enim, quo minus sibi ipsi placebat, eo ardentius Deo placere magis indies magisque adlaborabat. Non sine voluptate, circa vltimam praesertim vitae suae periodum, vidi praeteritarum calamitatum omnino oblitum, praesentium molestiarum incurium, non nisi coelestia meditarum. Non sine intimiori gaudio audiui peccata sua inter suspiria et lacrymas, spem vero in Christo Iesu vnice repositam, summa cum fiducia contentem. Non sine laetitia moribundi hic obtemperor iussui: *Ich möchte doch ia nach Seinem Tode iederman bezeugen, dass Er, wo Er noch Feinde habe, Ihnen alles gerne vergebe, alles herzlich abbittet, und Ihnen alles Gutes wünscht.* Ferebatur equidem, quo magis adpropinquabat terminus vitae, eo maiori sacrae synaxeos desiderio. At qui ipse morbi sui et intestinorum, quae vel tantillum admittere recusabant, confi-

conditionem persentisceret, me de spiritali manducatione differen-
tem non audiebat solum auide, sed et summa cum animi tranquillitate addebat: *Wir können freylich auch hierin nicht weiter kommen als Gott wil.* Et ita quidem corporis viribus penitus fere destitutus, anima vero robore Spiritus S. firmata, expectabat placide quidquid iussura sit diuina voluntas. Signis et nutu, quas oretenus repetere non licebat, preces meas, suas facere conabatur: vltimam vero benedictionem sacerdotalem ipse obsignaturus, ex imo suspirans pectore dicebat Amen. Audiuit Deus hoc Amen paucis abhinc horis animam suam Seruatori suo reddentis. Audiatur et hoc, vt memoria eius sit in benedictione!


Quae valetudinis ratio fuerit, quaenam corpus Senis adfixerint mala, exaete et summatim complexus est Vir Illustris ac Experientissimus, Dominus GEORG. CHRISTOPH. DE-THARDING, Philos. et Med. Doctor, huiusque Professor P. O. longe celeberrimus, Fac. Med. et R. Collegii Dom. Professor. Ducalium Senior Venerabilis, Sereniss. Ducis Regnant. Megapol. Consiliarius aulicus Splendidissimus, Fautor et Collega, multis nominibus suspiciendus, qui hanc mecum beneuole communicauit relationem.

Quae alias senium premere solent valetudinis vicissitudines, beate defunctum DN. CONSILIARIVM haud aequè tetigere, excepto, quod de tussiculosis insultibus, aura existente frigidiore, item de tensionibus circa os sacrum et scapulas, aliisque leuioribus molestiis nonnunquam fuerit conquestus. Breui quoque tempore, cum naturae beneficio, tum praesertim conueniente diaeta euauerunt ista mala. Annus autem erat, et quod excurrit, quum febris rheumatica, asthma humido maritata corripereetur, quam quidem remouerunt a me petita pauca remedia, sed impediri non potuit, quo minus, leui data occasione, repullulantes paroxysmi, tolerabiliores licet, funditus non eradicatum esse malum indigitarent. Atque ex hoc fonte deriuanda est vltima, atque internecina VIRI beati aegritudo. Praenuncia eius videbantur lassitudo artuum, dolor circa praecordia pressorius, et sonora cum excretionem vel tantilli muci spumescens coniuncta respiratio. Consultus ego, peiora metuenda indicaui, ventilatione sanguinis tempestiua, et remediis ex penae pharmaceutica adhibitis auerruncanda; at, restitante adhuc orfostadia, quod autocratiam naturae sibi, plus simplici vice, suppetias tulisse obseruauerat BEATVS, nimium huic fufus, sola diaeta, et eccoprotico quodam medicamento morbum sublatum iri persuasum habebat. Hoc per epicrasin adsumto, senescere quoque visus est morbus, siquidem sonantior respirationis tonus imminutus est, et, redeunte quodammodo adpetitu, mox se cum sanitate in gratiam



rediturum speravit AEGROTUS, sed perperam. Nam deridente insultans catarrhus suffocatiuus perbreues illas inducias grauitate sua compensauit, spumido sono, inter summe anxiam respirationem sese manifestans, et cum praesentissima virium remissione coniuncta. Opponebantur quidem sine mora remedia, quae ars medica in hoc frangenti detexit exquisita, at imbecilliora morbo deprehendebantur, vtpote qui singulis ingrauescebat horis, donec, spacio circiter nycthemeri syncope funesta terminaretur.

Hunc in modum vixit et die VI April. h. a. viuere desit VIR SVMME VENERABILIS, qui 70 annos cum 9 mensibus viuendo compleuit. Viuit anima Hierosolymas supernas ingressa, ad quas passibus aequis, quos Deus definiuit contendere nos decet: viuit et iubila de mense in mensem, de sabbato in sabbatum agit, cum nos non nisi vnus vel alterius mensis parare queamus iubilaeum: viuit et pace fruitur aeterna, ad quam fide et pietate nobis adhuc adspirandum est. Viuit eius fama in terris, viuit in meritis, quibus ecclesiam euangelicam sibi deuinxit, viuit in Scriptis, quae erudiunt et aedificant. Viuat eius quoque memoria in pectore nostro inuiolata!




P. P. SVB SIGILLO PRO-RECTORALI,
DIE XXI. APRILIS A. C. clō lō cclv.





Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and includes a date: "A. M. D. C. C. X. C. I. I. I." (1803).



LBMV Schwerin 33
000 184 241







ouiffimus, 1685. mortem obierat, cuius Sororem Dux Aure-
 fis coniugem duxerat, huius nomine Duci Palatino Neobur-
 fucceffionem dubiam reddere LVDOVICVS, Galliarum
 nitebatur. Simulac autem spes illum frustrari videretur, eo
 comitem de Melac cum exercitu, qui 1688. Palatinatum
 rem, ceterasque ad Rhenum positas prouincias, diripiebat, et
 gnique vastabat, agros depopulabatur, ciuitates et oppida
 is delebet. Non effugit raptorum atque incendiariorum im-
 atem Spira Nemetum, a perlente riuo et priscis incolis deno-
 a, liberarum Imperii Romani ciuitatum fere antiquiffima.
 Imperatorum monumentis, comitiis, et perpetuo imperii foro
 rrima. Contra fidem namque datam funditus euerfa, et in
 s redacta est. Euasit Stieberus, Pater, cum familia et defuncto
 4 annorum puerulo, Francofurtum ad Moenum, indeque lon-
 here, magnisque sumptibus Raceburgum 1689. contendit, a
 Saxo-Lauenburgico, IVLIO FRANCISCO adpellatus
 to-Forensis. Sed eodem anno in Bohemia fatis
 ius clementiffimus, nullo mafculo haerede re-
 que conuerfis, Hamburgum disceffit, priuatam
 nium degens vitam. Hinc 1693 a Sereniffimo
 O ADOLPHO, glor. m. Gultroviam adcerfitus
 cellariae iustitiae constitutus est. Nouas autem fenfit
 e alte memorato 1695. absque prole mafcula extin-
 orio expositus ad a. 1704. quo placide expirauit.
 s cum filio, beato nostro, Dargunum profecta est,
 t annis vitam aerumnosam cum meliore commu-
 EATVS adoleuerat, et cum litteris se addixisset,
 rouiense frequentauit, cuius doctorum publico-
 IOACH. OTTONIS, Rectoris inclyti, fidam
 tionem gratiffima semper mente recoluit Hoc
 ica saepe panegyri perorauit. A. 1702. Sereniffi-
 ti, FRIDERICO WILHELMO, gl. m.,
 atalem, carmine latino; denuo Sereniffimam Con-
 M CHARLOTTAM, nuptiis Caffellis cele-
 deducenti gratulatus est carmine Germanico *de per-*
emmatis Seren. Ducum Mecklenburgensium gloria:
 atio solemnis mandato Superiorum typis expressa
 praefide, antequam ad Academiam Rostochien-
 publice disputauit, et partem Theol. Moralis b.
 n compendium missae, primus dextre ventilauit,
 signarunt plures iuuenes ingenii eximii, qui reli-
 strenue tuiti sunt 31). Consecrauerat se BEA-
 logico, etiamsi maiores omnes iuris peritia incla-
 r continuos angores, quibus per integrum semestre
 D 2 collu-

ER. THOMAE *Analect. Gultrou. Catal. biographico* p. 125.

coniunctim s. t. *doctrina moralis b. Dn. SCHOMERI, in*
cum praefat. Magni Fechtii cet. 1710. 8.

